

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Heinrich Opitz

**Henr. Opitii S. Th. D. P. P. Et Consil. Eccl. Theologia Exegetica Methodo Analytica  
Proposita Et Tabulis X Svccincte Comprehensa**

Ad Exemplvm Kiloniense Itervm Edita, Litteris Titianis, MDCCXXIII

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873981871>

Druck Freier  Zugang





OK

43

49 el.4

Fa-1092(43)

- Decem
1. Henr. Opilius *Theologia exegetica methodo analytica proposita ad tota bullis suum conprobata. Lips. 1723.*
  2. a. Ios. Cor. Schrammius de dabo vel. poss. in veteri Testamento repetitis Helv. 1723.
  2. b. Christ. Bea. *Michaelis de studio partium a saeculari literarum inter pretatione renovanda. Hal. 1729.*
  2. c. Franc. Wokenius de pietate iusticia. Petrib. 1731.
  3. Jo. Reich. *Rufius de vario Moysi mortale. Sincia affectu. Jea 1716.*  
rec. 1733.
  4. *Pom. de serpente seductore ex naturali fido sold diabolo. ad Gen III. 1-15.*  
ibid 1712.
  - 4b-c. Jo. Pfeifferius *de ligatione Ippoci ad Gen. XXII. disf. 5. Jea 1662.*
  5. a. Jo. Andr. Schmidius *de oraculo a Iobea conferto. Ad Gen.*  
*XXXI. 21. Helv. 1712.*
  5. b. Mich. Liebster *de Racheli desponsis Iudaeis ad Gen. XXXI. 14.*  
Petrib. 1660. rec. 1710.
  6. a. Christ. Beno. *Michaelis antiquissima Idumaea Historia ad Gen.*  
*XXXVII. 30-39. Hal. 1724.*
  6. b. Gott. Fried. *Gudius de Hebraica oblationum origine ad Exod 1; 15. Lips. 1724.*
  7. Christ. Weilius *de duplice petra in deserto peruersa ad Exod XVIII. 1-7.*  
*Vet. Num. IX. 1-13. Lips. 1727.*
  8. a. Jo. Andr. *Schmidius de Iethrone ad Exod 11. ad XVIII. Helv. 1715.*
  8. b. Jo. Christ. *Ortolinius de fonte Ippoc. principium baculis foso et conice ad Num XI. 16. 17. 18. Lips. 1718.*
  9. Jo. Gott. *Carpzonius de anno jubilacionis secundam disciplinam Hebreos.*  
opus. Lips. 1730. (ad Levit XXVII)
  10. Jo. Carol. *Bachem de diuinitio Iudaicis a 320 nunguanis percepto.*  
reque etiam legaliter peruerso. ad Deuter. on. XXIV. 1-4. et Malach.  
11. v. 15. 16. Athes. 1729.
  11. 16. Jo. *Leidaeke de ipsius David. Ps. 4. ad aerius iniquas Iudaorum*  
*detractiones. Lips. 1727.*

17. Lud. Friedr. Wiesius de coeis et clavis prophetarum ad 2 Sam p,  
 v. 6, 7. S. Wittek 1721.
18. Jo. Andr. Dangius de Davidis in Ammonitas leuictos mitigata  
 crudelitate ad 2 Sam. XII, 31. Gen 1710.
19. Jo. Friedr. Mayeri <sup>opus</sup> regna <sup>secundum</sup> Moyses Aegyptum justus interfe-  
 cerit ad Exod II, 11. 12. 1685 rec. Wittek 1720.
20. Linden Elias coroneus conuictor ad 1 Reg XVII, 1 - 6. Wittek 1685.
21. Jo. Christi. Heberstiel de Maacha a regia renata ad 1 Reg  
 XV, 13. Lips. 1734.
22. Jo. Friedr. Mayerus de Achabo appetente et Nabotho vitam  
 vicac postponente ad 1 Reg. XXI. 1685. rec. 1701.
23. Ideu de reformatio*n*e Ioseph regis ab idolo 117 VIII in templo  
 facto his 2 Reg. XXII, 6. 7. 1685. recus Wittek 1701.
24. Jo. Schmidii <sup>in</sup> antiquis in Antiquis sententian de missis  
 eo historiis Jobeae scena. Lips 1703.
25. Jo. Faustii Exercitatio in Psalma XXXIV. Argentor. 1701
26. 27. Jo. Gobt. Biegeri commentationes in Ps. LXVIII. Lips.
28. Jo. Rein. Michaelis de libro Coheleth. Hal 1716 rec. 1725
29. Christi. Bead. Michaelis de Salomonis ad laetitiam ep.  
 hortacionibus ad Coheleth. II, 2. 2A. 26. III, 4. 12. 13. 22. V, 17. 18. 19.  
 VII, 14. VIII, 15. IX, 7. 8. XI, 9. 10. Hal. 1729.
30. Jo. Schmidius de salutifera perruptoris resurrectione ep. Mich.  
 11. 13. Lips 1705.
31. Jo. Gerh. Seier de facello et bafi dolorau. ad Anos. VI 26.  
 coll. Acto. VIII, 43. Helvft. 1726
32. Jo. Rein. Rufus de LXX Hebreomadibz Danielis ad Dan. 12. 24.  
 25 26. Gen. 1720 rec. 1733.
33. Jo. Adam. Quagius de vera significacione vobis N° 23 ad Obd. 1. 1.  
 Lips. 1729.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn873981871/phys\\_0005](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873981871/phys_0005)

DFG



THE HISTORY  
OF  
PHYSICS





HENR. OPITII  
S. TH. D. P. P. ET CONSIL. ECCL.  
**THEOLOGIA  
EXEGETICA**

METHODO ANALYTICA PROPOSITA

ET  
**TABVLIS X**  
SVCCINCTE COMPREHENDA  
AD EXEMPLVM KILONIENSE  
ITERVM EDITA

*LIPSIAE*  
LITTERIS TITIANIS  
CIO IOCC XXIII

*INSTITUT  
LIBRARY  
1900*

IOH. V, 39:

**S C R V T A M I N I**  
**SCRIPTVRAS.**



## T A B V L A I.

### DE NATVRA ET CONSTITVTIONE THEOLOGIAE EXEGETICAE.

- I. VOCIS NOTATIO. THEOLOGIA EXEGETICA sic dicitur a verbo *ἐξηγεῖσθαι*, quod generaliter notat, *ducem esse, aliis praecesse, praevire*: speciali vero & receptissimo significatu est, *interpretari, accurate enarrare*. vid. Luc. XXIV, 35. Ioh. I, 18. Alias, *Theologia Biblica*, it. *Hermeneutica Sacra*, nec non in N.T. *Prophetia* dicitur, Rom. XII, 6. I. Cor. XII, 10. & cap. XIV, 1. seqq. & v. 26. Vnde & Scripturae interpretes in concreto *Prophetae* vocantur, Act. XIII, 1. I. Cor. XII, 28. Eph. IV, II. & horum discipuli, qui in lege Mosis & sacris literis instituebantur, *Fili Propheta-rum* dicebantur. 2. Reg. II, 3. 5. 7. 15. & cap. IV, 38.
- II. EXISTENTIA. Dari Theologiam Exegeticam patet: (1) *Ex Causa* eius *Efficiente* in actu posita, nimurum Deo, utpote qui eam Doctoribus Ecclesiae donat; vnde & *Donum Dei* dicitur, Rom. XII, 6. I. Cor. XII, 10. (2) *Ex eius Principiis* Hermeneuticis, quibus innititur. (3) *Ex eius Concreto*, nimurum Exegetis & Scripturae interpretibus existentibus, iuxta Act. XIII, 1. I. Corinth. XII, 28. Eph. IV, II. (Posto autem concreto, h. e. subiecto denominato, ponitur abstractum & forma denominans.) (4) *Ex ipsis Scripturae testimoniis*, Mal. II, 7. Conf. loca cit. *prae-ced. num. I.*
- III. DEFINITIO. Theologia Exegetica est Scientia Practica, qua homo, veri sensus Scripturae ignarus, vel de eo dubius, per certa media perducendus est ad verum eius sensum eruendum & explicandum.
- IV. FINIS  
qui est vel { *Internus*, qui consistit in actibus cognoscendi Obiectum Theologiae Exegeticae, quatenus id accurate explicandum, confirmandum & defendendum est, veri Scripturae sensus obtinendi gratia.
- { *Obiectiuus*, (al. Obiectum Finis formalis dictus) est Textus Sacer interpretabilis.
- Externum { *Formalis*, est operatio circa finem Obiectuum, nim. Textum Sacrum, sive ipsa Interpretatio textus, eiusque verus sensus.
- V. SVBIECTVM OPERATIONIS, estque Homo veri Scripturae sensus ignarus vel de eo dubius, quatenus ad verum eius sensum eruendum & explicandum perducendus est.
- VI. PRINCPIA, CAVSAE & MEDIA Hermeneutica, quibus Finis Formalis in Subiectum introduci debet, sunt varia, eaque tum generalia, tum specialia, ex variis disciplinis, ipsaque Theologia, petita.
- VII. METHODVS Theologiam Exegeticam (ceu Habitum Practicum) tractandi Analytica est, a cognitione Finis incipiens, & ab hoc ad Subiectum, & hinc tandem ad Principia, Causas & Media, quibus Finis in Subiectum introducitur, progressiens.
- VIII. PARTES { PRIMA, de eius Fine, eoque tum Obiectuo, tum Formali.  
Theologiae { SECVNDA, de eius Subiecto operationis.  
Exegeticae { TERTIA, de Principiis, Causis & Mediis, nec non de caeteris omnibus, quibus Finis ille in Subiectum introduci potest & debet.  
Tres sunt, nim.

A

TABVLA

## T A B V L A I I.

DE FINE OBIECTIVO THEOLOGIAE EXEGETICAE,  
SEV TEXTV SCRIPTVRÆ S. INTERPRETABILI.

I. ORDINIS RATIO. Cum Finis Theologiae Exegeticae Formalis sit Interpretatio Textus Sacri, siue Scripturæ Sacrae, & vero is sine Fine Obiectiu siue Textu Interpretabili cognito intelligi satis nequeat, igitur prius hic de Textu Sacro agendum erit.

CIRCA Textum Scripturae Sacre Interpretabilem notanda sunt:

II. Eius DI-  
VISIO, qua  
Textus fa-  
cer est vel

Veteris Te-  
stamenti,  
cuius not.

Noui Testa-  
menti, cu-  
ius not.

2) SVBDI-  
VISIO iux-  
ta Hebr. in  
Tres partes,  
quae sunt;

r) DESCRIPTIO. Textus Noui Testamenti est, qui complectitur libros, qui instinctu Spiritus Sancti ab Euangelistis & Apostolis, post natum Christum, lingua Hellenistica scripti & ab Ecclesia primitiva Christiana recepti fuerunt.

2) SVBDI-  
VISIO in  
quinque  
partes, quae  
sunt;

a) Quatuor Euangelia, sc. Matthei, Marci,  
Lucae & Iohannis.

b) Acta Apostolorum.

c) Quatuordecim Epistolae Pauli, sc. vna ad Romanos, duae ad Corinthios, vna ad Galatas, Epbesios, Philippenſes & Coloffenſes, duae ad Theſſalonicenses, duae ad Timotheum, vna ad Titum & Philemonem, & iuxta plerosque ea, quae est ad Hebreos.

d) Septem Epistolae reliquorum Apostolorum (Catholicae dictae) sc. vna Iacobi, duae Petri, tres Iohannis, vna Iudee.

e) Apocalypſis Iohannis.

Not

i) DESCRIPTIO. Textus Veteris Testamenti est, qui complectitur eos libros, qui instinctu Spiritus Sancti a Prophetis, ante natum Christum, lingua Hebraea & ex parte Chaldaea conscripti & ab Ecclesia antiqua Iudaica recepti sunt:

a) חֹקְתָה Lex, seu quinque libri Mosis, suntque Genesim, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium.

b) בְּרִיאִים רַאשֵׁזֶב Prophetae priores, qui res ante gestas exponunt, suntque Libri Iosuæ, Iudicum, duo Samuelis & duo Regum. בְּרִיאִים אַחֲרִזֶב Prophetae posteriores, qui res futuras maximam partem descripserunt, suntque (iuxta Hebr.) tres Maiores, Iesaias, Ieremias, Ezechiel, & XII. Minores, nam. Hoseas, Ioel, Amos, Obadias, Jonas, Michas, Nahum, Habacuc, Sophonia, Haggai, Zacharias, Malachias.

c) חַנִּיבִים Hagiographa, quae sunt Psalmi, Proverbia, Iobus, quinque volumina parva, nam. Canticum Cantorum, Ruth, Threni, Ecclesiastes, Esther, & tandem Daniel, Efras, Nehemias & duo Chronicorum.

r) DESCRIPTIO. Textus Veteris Testamenti est, qui complectitur eos libros, qui instinctu Spiritus Sancti a Prophetis, ante natum Christum, lingua Hebraea & ex parte Chaldaea conscripti & ab Ecclesia antiqua Iudaica recepti sunt:

a) Quatuor Euangelia, sc. Matthei, Marci,  
Lucae & Iohannis.

b) Acta Apostolorum.

c) Quatuordecim Epistolae Pauli, sc. vna ad Romanos, duae ad Corinthios, vna ad Galatas, Epbesios, Philippenſes & Coloffenſes, duae ad Theſſalonicenses, duae ad Timotheum, vna ad Titum & Philemonem, & iuxta plerosque ea, quae est ad Hebreos.

d) Septem Epistolae reliquorum Apostolorum (Catholicae dictae) sc. vna Iacobi, duae Petri, tres Iohannis, vna Iudee.

e) Apocalypſis Iohannis.

TAB. II. DE FINE OBJECTIVO THEOLOGIAE EXEGETICAE.

3

*Not. 1.* Hi Libri omnes al. dicuntur CANONICI, quia Canon sunt & exactissima Regula, sec. quam omnia dogmata fidei & morum examinanda sunt, iuxta Gal. VI, 16.  
*Quojuot iuxta banc Regulam incedunt, pax sit super ipsos & misericordia.*

*Not. 2.* Datur tamen inter Libros N. T. aliqua differentia, dum de nonnullorum origine & *θεοπνευστι* aliquandiu a quibusdam dubitatum fuit, suntque: Epist. ad Hebreos, Iacobi, posterior Petri, secunda & tertia Iohannis, Iudae, & Apocalypsis Iohannis; vnde & Canonici secundi Ordinis, (vt reliqui: Canonici primi Ordinis) dicuntur. Sed hodie nulla de iis superest dubitatio, ceu qui non minus, ac reliqui libri, recipiuntur.

*Not. 3.* Hisce contradistinguuntur reliqui omnes, qui hodie in Bibliis extant, nimirum: Liber Tobiae, Judith, Sapientiae, Ecclesiasticus, Baruch, Additamentum Danielis & supplementum Estherae, Orationes Ascariae, trium puerorum & Manasse, itemque tertius & quartus Esrae, nec non duo aut tres Maccabaeorum: qui vocantur APOCYPHII, ab ἀποκρύπταις, quia occultandi sunt in probandis fidelium dogmatibus, quandoquidem (a) nec a Prophetis scripti, nec (b) a veteri Ecclesia Israelitica in Canonem recepti, nec (c) a Christo & Apostolis allegati, nec (d) a Christiana Ecclesia proxime secuta pro ἀστονεύσει vnuquam habiti fuerunt. Legi interim possunt ad aedificationem plebis, sed, iuxta monitum Augustini, *sobrie*.

- 1) Authentica eius, quoad linguam Originalem, DIGNITAS, dum is solus *θεοπνευστος, αρχέτυπος & ἀντίτυπος*, sive Infallibilis est.
- 2) Stili cum maiestate coniuncta SIMPLICITAS, iuxta Rom. I, 16. 1. Cor. I, 17. & cap. II, 1. 4. Non quasi confusa sit, sine ordine verborum & rerum, sed quia Scriptura non vititur lenociniis & fuso eloquentiae secularis, ad captandos animos: quin potius ea, quae credenda sunt, eti maxime sublimia & ardua, tamen non demonstrationibus, sed nudis assertionibus proponit; & quae agenda aut omittenda, eti & ipsa difficultaria & molesta, velut pro autoritate, omnibus hominibus, etiam summis in terra potestatibus, praecipit & prohibet.
- 3) Stili item, pro varia indole Scriptorum Sacrorum, VARIETAS, dum Spiritus Sanctus Scriptorum Sacrorum ministerio ita vsus fuit, vt naturalia ipsis non ademerit, sed potius indoli eorum se accommodauerit, ita vt, prout quidam fuit sedatoris ingenii, aliis affectus habuit vehementiores, vnu sublimiori dicendi genere gauisus fuit, alias humilioiri &c. videamus, Textum Biblicum alicubi lenius & humilius, alibi v. grauius & sublimius loqui.
- 4) Omnimoda INTEGRITAS, tum (a) ratione Canonis vniuersi, tum (b) ratione singulorum librorum, tum (c) ratione vocum, literarum, vocalium & accentuum, iuxta Math. V, 18. Amen dico vobis, donec praetereat coelum & terra, iota vnum aut unus apex non praeteribit a lege, donec omnia fiant. Conf. Luc. XVI, 17.

*Not.* Dum haec asserimus, volumus, (a) nullum eorum librorum, quos Deus in perpetuum usum Canonicum totius Ecclesiae semel destinauit, sive ex toto, sive ex parte periisse: nec (b) Codices V. T. sive ex malitia, sive incuria Iudaeorum, esse corruptos, sed eos adhuc, tum quoad literas, tum quoad vocales & accentus, eadem, qua tempore Mosis & Prophetarum, facie apparere: nec (c) Codices N. T. vniuersaliter esse corruptos.

- 5) Infallibilis eius VERITAS in rebus tum dogmaticis, tum non dogmaticis, adeo, vt is tuto pro fundamento interpretationis genuinae substerni possit. PfcXIX, 43. Ne auferas ab ore meo verbum veritatis; & vers. 43. Lex tua est veritas. Ioh. XVII, 17. Sanctifica eos in veritate, verbum tuum est veritas.

A 2

TABVLA

CIRCA Textum Scripturae Sacrae Interpretabilem porro notanda sunt:

III. AT-  
TRIBV-  
TA eius,  
quaesunt:



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn873981871/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873981871/phys_0013)

DFG

## T A B U L A I I I.

DE FINE THEOLOGIAE EXEGETICAE FORMALI, seu DE SENSI  
SCRIPTVRÆ S. HVIVSQVE INTERPRETATIONE.

I. ORDINIS RATIO. Considerato in Tab. praeced. Fine Theologiae Exegeticae Obiectum, nunc etiam agemus de Fine eius Formali, nim. de Sensu Scripturæ, eiusque inuestigatione.

*Nota.*: Vt Finis Formalis in habitibus practicis est operatio quaedam circa Finem illius Habitum Obiectuum: ita Finis Formalis Theologiae Exegeticae est operatio quaedam circa Tex-tum Sacrum, vt eiusdem sensus particeps reddatur homo eiusdem ignarus vel de eo dubius: & consistit in ipsa interpretatione Scripturae Sacrae, sive in sensu illius inuestigatione: quae nihil aliud est, quam legitima Mediorum Hermeneuticorum applicatio, instituta ad sensum illum inueniendum, aliquo declarandum.

II. DEFINITIO. Sensus Scripturæ est conceptus diuini intellectus de iis, quae in Scriptura nobis traduntur: sive est id, quod Deus, Scripturæ Autor, in Scripturis & per Scripturas, hominibus cognoscendum & intelligendum exhibit.

III. DIVISIO. Et sic *Sensus* est vel

{ *Literalis*, estque, quem Spiritus Sanctus ipse verbis *Scripturæ*, sive ea propria sunt, sive Tropo aliquo affecta, proxime exprimere intendit. Estque vel

{ *Proprius*, qui proxime a Spiritu Sancto in verbis propriis intenditur. e. g. in verbis Coenæ: *Accipite, comedite, hoc est corpus meum.*

{ *Inproprius*, sive *figuratus*, qui proxime a Spiritu Sancto in verbis tropo aliquo affectis intenditur. e. g. *Herodes est vulpes*, h. e. astutus, vel ratione astutiae vulpi similis. Sic Ioh. VI, quando Christus de *Pane vitae comedendo* concionatur, sensus *inproprius* & *figuratus* est.

*Mysticus*, estque, qui non significatur proxime per ipsa verba, sed per res verbis illis significatas, in quantum illae aliarum rerum typi, umbrae, figuræ & signa vel symbola sunt. e. g. *Ionas* in eius historia notat literaliter Prophetam huius nominis, & *Balaena* pisces illum magnum reuera Prophetam deglumentem: Sed Spiritus Sanctus ista re mystice significare voluit Christum in ventre terræ sepultum, iuxta Matth. XII, 39. 40. Sic Ioh. III, 14, *Serpens aeneus*, in deserto erectus, literaliter notat illum serpenteum ex aere fusum & erectum: Sed Spiritus Sanctus re ista itidem mystice significare voluit Christum in cruce pendentem. Et hic *sensus mysticus* iterum est

1) *Allegoricus*, estque, quando historia Scripturæ Sacrae vere gesta ad aliud, & quidem ad mysterium quoddam sive spiritualem doctrinam, ex intentione Spiritus S. referuntur. e. g. quando Deut. XXV, 4. praeceptum *de ore bouis triturantis non obligando*, ad vietum doctori laboranti non subtrahendum, I. Cor. IX, 9, transfertur. Sic quando historia de *Sara & Hagar* ad duo testamenta accommodatur, Gal. IV, 24.

2) *Typicus*, estque, quando sub externis factis vel Propheticis visionibus res occultae, sive praefentes, sive, & praecipue, futurae figurantur, in primis, quando res gestae V. T. praesignificant vel adumbrant res N. T. e. g. *Serpens aeneus* adumbrat Christum in cruce exaltatum: *Agnus paschalis*, Christum in cruce mactatum: *Ionas* in ventre balaenæ, Christum in sepulchro iacentem.

3) *Parabolicus*, estque, quando res atiqua ut gesta narratur, & ad aliud spirituale designandum refertur, vt sit in omnibus Parabolis Christi.

*Not.* Pontificis *Sensus mysticus* est vel *Allegoricus*, vel *Tropologicus*, vel *Anagogicus*, juxta Versiculos vulgatos:

*Littera* gesta docet, quid credas, *Allegoria*:

*Moralis*, quid agas: quo tendas, *Anagogia*.

Sed haec potius triplex vnius sensus *literalis* ad varios usus Theologicos applicatio, quam triplex eius sensus est.

T A B U L A

In Tabula hac de Fine Theolog. Exegeticae Formali sive de Sensu Scripturæ notanda sunt:

## T A B V L A I V.

DE SVBIECTO OPERATIONIS THEOLOGIAE EXEGETICAE,  
NIM. SCRIPTVRAE S. INTERPRETE.

I. ORDINIS RATIO. Quandoquidem in Tabulis praecedentibus actum fuit de Fine Theologiae, eoque tum obiectuo, tum formalis: nunc porro agendum est de eius SVBIECTO OPERATIONIS.

II. DESCRIPTIO. Subiectum Theologiae Exegeticae est Homo, veri sensus Scripturae ignarus, vel de eo dubius, quatenus ad eum eruendum & explicandum perducendus est.

*Not.* Oritur autem illa ignorantia & dubitatio (a) ab intellectus nostri finiti qualitate, qua is voces diversarum significationum non immediate statim diiudicat vel diiudicare potest, sed ex Antecedentibus & Consequentibus demum ad certam aliquam & suo loco conuenientem significationem determinare, easdemque interpretari debet. (b) Ab intellectus humani cæcitate, qua is ob lapsum obtenebratus est, Ioh. I, 5. Rom. I, 21. Eph. V, 7. vt ignoret, vel non rite semper applicet leges, ad percipiendum Scripturae sensum necessarias, interdum etiam illas, quas ipsum lumen naturae suppeditat. (c) A voluntatis corruptae perversitate, qua prudentia carnis non tantum nihil intelligit de rebus spiritualibus, sed & inimicitia est aduersus Deum, verbo Dei. se se non subiciens, sed eidem contra nitens. Rom. VIII, 7. (d) A praecognitae opinionis prauitate, vt patet exemplo discipulorum Christi, qui nihil rite de concione Christi passionali, quamuis clarissima, intelligebant, idque ob vimicam de mundano Christi regno instigando praecognitam opinionem, Luc. XVIII, 41. c. XXIV, 25. 45. (e) A rerum divinarum sublimitate, quandoquidem homo ea, quae Spiritus Dei sunt, ex se non capit, sed intellectus noster illuminari debet a Spiritu Sancto, mediante lumine verbi, debito modo lecti & audit. v. Pf. CXIX, 27. Matth. XI, 17. c. XVI, 17. (f) A difficultiorum locorum attemperata obscuritate, de quo eleganter Augst. l. 2. de Doctrina Christiana, cap. 6. *Magnifice & salubriter Spiritus Sanctus ita Scripturas modificavit, vt locis apertioribus fami occurret, obscurioribus autem fastidium detergeret. Nihil enim fere de obscuritatibus illis eruitur, quod non alibi plenissime dictum reperiatur.*

III. DIVI-  
SIO, & sic  
Interpres  
est vel

SIBI, estque quilibet Christianus, qui sensum Scripturae in tantum inuestigare studet, in quantum sibi ad fidem & salutem sufficit.

*Not.* Quilibet quidem Christianus potest esse Subiectum Theologiae Exegeticae, siue Scripturae Interpres, sed tamen pro talenti gradu diversimode: quin & ipse Theologus: vti Medicus etiam sui ipsius Medicus esse potest, si morbo aliquo labore: sed tunc duplitem induit personam, sc. tum Medici, tum aegroti.

ALIIS, estque, qui aliis sensum Scripturae exponere, euinque a strophis & peruerisionibus aduersariorum vindicare & ad salutarem usum applicare potest.

IV. DONA & RE-  
QVISITA eius.

i) PIETAS. Etenim habitus assentiendi supernaturalis praerequirit in voluntate habitum piae affectionis; praeterea etiam Deus aliquando indignis & impensis naturalia dona denegat, ac turpiter eos labi pernittit. Quare Interpres Scripturae piis debet vacare precibus, ac Spiritus Sancti, tanquam optimi verborum suorum Interpretis, gratiam implorare, vt ea, quae Spiritus sunt, percipiat, eaque ad sui & aliorum salutem dirigat. Vnde suspirandum cum Tertulliano: *Exurge veritas & interpretare tuas Scripturas.*

A 3

2) BO-

6 TAB. IV. DE SVBIECTO OPERATIONIS, NIM. SCRIPT. S. INTERPRETE.

In Tabula hac de SVBIECTO THEOLOGIAE Exegetes f. de Interpret. Script. notanda porro sunt:

IV. DONA & REQUISITA INTERPRETIS, quae sunt:

- 2) BONVS ANMI AFFECTVS. Nam candidus & vnice veritatis cupidus in explicanda Scriptura Sacra, & a praecognitis opinionibus & vitiosis affectibus immunis esse debet Interpres. Papilis certe omnia dicta sunt Papaea, Calvinistis Calviniana, Socinianis Sociniana. In specie absit *audacia*, *piavicia*, & in primis NOVITATIS STVDIVM.
- 3) SOLERTIA. Debet enim interpres esse ingeniosus, vt in locis difficilioribus verum sensum indagare, genuina loca parallela conferre, in variorum interpretum sententias accurate inquirere, & veram pro falsa eligere possit.
- 4) PERITIA. Etenim quia Interpres non omnia statim ex connatis principiis habere potest, sed ingenium eius cultum requiritur: igitur debet pollere notitia (*a*) variarum linguarum, non solum Originalium, Hebraeae, Chaldaeae & Graecae, ob Textum authenticum, sed & plerarumque reliquarum Orientalium, Samartanae, Syriacae, Persicæ, Aethiopicae, partim ob versiones in illis Linguis illustris, partim ob Radicum earumque significationum ex linguis illis in Hebraea restitutionem, ut id in Lexico nostro maximam partem iam factum est: (*b*) variarum disciplinarum Philosophicarum, Rhetoricae, Logicae, Physicae, Metaphysicae, itemque Ethicae & Politicae: nec non disciplinarum Mathematicarum, Chronologiae, Geographiae, Historiae tam sacrae, quam profanae, rituum sacrorum & profanorum &c. &c. Sic (*c*) Theologiae Thetico Polemicae, quin & (*d*) aliarum scientiarum, v. g. Iurisprudentiae & Medicinae rudimentorum, si fieri possit, & tandem (*e*) Versionum Scripturae, vt & Interpretum & Commentarium praecepuorum, tum in vniuersitate Scripturam, tum in singulos libros, cognitione instructus esse debet: vt adeo non leuis momenti res sit, accuratum agere Scripturae interpretem. Est enim Scriptura omnis scientiae & sapientiae abyssus, quam nemo, quantumvis maxima scientia praeditus, vnuquam exhaeriet.
- 5) INDVSTRIA. Etenim Interpres Scripturae laboris debet esse patiens, & in cibra Scripturae lectione & relectione indefessus, vt singulas voces, phrases & idiosyncrasias, itenque singulas circumstantias textus, antecedentia & consequentia, parallela & meditationes aliorum Interpretum accurate expendat, iuxta monitum Christi, Ioh. V, 39. *Scrutamini Scripturas*; & Pauli, I. Tim. IV, 15. *Haec meditare, in hoc esto totus*.
- 6) PRVDENTIA. Interpres enim admodum cautus esse debet, ne quamvis statim sententiam absque accurato scrutinio arripiat: in primis vero ab heterodoxorum sententiis & commentariis, venenum suum sub vnicia interdum vocula letiori propinans, sollicite sibi cauere debet.
- 7) FACVNDIA. Interpres enim debet esse disertus, vt non solum sibi, sed & aliis sensum Scripturae proponere, obscuritatem odiosam & prolixitatem taediosam evitare possit.

TABVLA

## T A B V L A V.

DE PRINCIPIIS ET MEDIIS HERMENEVTICIS, QVIBVS FINIS  
THEOLOGIAE EXEGETICAЕ IN SVBIECTVM INTRODVCI.  
TVR, IN GENERE ET IN SPECIE.

## DE MEDIIS SEV REGVLIS HERMENEVTICIS GENERALIBVS.

I. ORDINIS RATIO. Absoluta doctrina (I) de Fine, eoque tum Obiectuо, tum Formali, & (II) Subiecto Theologiae Exegeticae: nunc porro agendum erit (III) de Principiis & Mediis Hermeneuticis, siue de legitimae Interpretationis Scripturae Regulis. Quae Principia & Media sunt vel Generalia, cuius interpretationi communia, vel specialia, eaque, tum ex Grammatica, tum Rhetorica, tum Logica, tum ex reliquis scientiis & disciplinis, vel ipsa denique Theologia, petita atque certis Regulis inclusa.

II. DEFINITIO. Regulae Hermeneuticae sunt Media, quorum beneficio verum & genuinum Scripturae sensum indagare possumus. Vbi praemittendae sunt

III. Regulae Hermeneuticae generales, quae sunt seqq.

I) Ante ipsius Textus, imprimiti integri libri, euolutionem, praecognoscenda sunt: Occasio scribendi, itemque Circumstantiae personarum, loci & temporis, (*sc. a quo & ad quem, ubi & quando* aliquid scriptum dictumue fit,) iuxta tritum illud: *Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando?* quae omnia saepe in titulo libri exhibentur, qui proinde nequaquam obiter praetereundus, sed accuratissime considerandus venit. *Conf. hic. B. Luth. praeftiones vere aureas in Iesaiam, Danielem & Epift. ad Rom.*

II) Sic, ante specialem libri aut textus tractationem, diligenter expendenda sunt *τὰ ἡδη τὴν πάθη* personae, & character stili.

*Not.* *τὰ ἡδη* al. notant mores: *πάθη* vero passiones seu affectus, circa quos versatur Philosophus. Hic vero nos in Theologia Exegetica volumus per ea intelligi (a) Animi indolem personae tam scribentis, quam eius, ad quem scribitur, (b) Gestus scribentis & ad quem scribitur.

III) Hinc scopus generalis totius libri, postea & specialis singulorum capitum aut pericoparum, accurate attendendus est, & quomodo hic illi subordinetur, bene obseruandum. Saepe enim aliquid ad hunc vel illum finem, it. contra hos vel illos, hoc aut illo modo, recte effertur, quod alibi & ad alios, & ubi aliis est scopus, sic forte non proponeretur.

IV) Scopus hic tam generalis, quam specialis, nec non verus sensus alicuius scripti aut dicti, ut cognoscatur, *συνάρετα ήγειραις*, h. e. cohaerentia & collatio textus cum antecedentibus & consequentibus accurate obseruanda, iuxta monitum Hieronymi, super Matth. XXV. Prudentem Lectorem moneo, ut consideret priora, media & sequentia, & nectat sibi uniuersa, quae scripta sunt. *Qui enim non aduerdit, quid supra & infra in sacris libris scribitur, is peruerit verba Dei viuentis, dicunt Hebraei.*

V) Praeterea, ut scopus & cohaerentia textus rectius percipiatur, interdum aliquis liber integer bis, ter & saepius cum cura legendus & rerelegendus est. De qua Regula vide prolix B. Franzii Tract. de Interpret. Script. p. m. 61. 62.

VI) Cognito scopo tam generali, quam speciali, Analysis singulorum Capitum & Pericoparum insituenda est: ubi connexiones singulorum Capitum & verborum obseruentur, circumstantiae excutiantur, propositiones examinentur, & tandem argumenta dignoscantur & ordinentur.

TABVLA

T A B V L A V I.

DE MEDIIS ET REGVLIS HERMENEVTICIS COMMVNIORIBVS  
EX GRAMMATICA DESVM TIS.

- In Tabula hæc obseruanda sunt Regulae Communiores ex Grammatica petitae seqq.
- I. In accurata Scripturae interpretatione fundamenti loco substernatur Textus Originalis, & quidem in V. T. Hebraeus, & ex parte Chaldaeus: In N. T. vero Graecus. *Nam quantum erratur in textu, tantum erratur in sensu.*
  - II. Omnis Scripturae interpretatio Grammaticae sit conueniens. Spiritus Sanctus enim Grammatice locutus est: vnde, quae explicatio analogiae Grammaticae non congruit, illa merito est reiicienda. *Quin, iuxta Phil. Melanchthonem: Scriptura non potest intelligi Theologice, nisi prius intelligatur Grammatice;* & iuxta B. Chemnit. LL. Theol. Part. II. p. m. 217. Ecclesia tantum debet esse Grammatica, i. e. non debet fingere res nouas, aut nova dogmata gignere, sed ea, quae a Spiritu Sancto tradita sunt, debet discere ex genuina significacione vocabulorum, & postea ostendemus, neglectum veræ Grammaticæ omnium errorum esse fontem. Similia loca vide in *Atrii mei Linguae S. Part. I.*
  - III. Ante omnia vero attendendum est ad vocem, constructionem & phrasin in textu occurrentem.
  - IV. Circa vocem consideranda est famosior eius significatio & emphasis: nec negligenda eius formatio.
  - V. Vox itaque quaelibet aequitaria, absolute posita, stat pro suo significatu famosiori seu principaliori, quae proinde significatio perpetuo premenda, nisi materia substrata & circumstantiae textus aliud postulent. Sic e. g. in Artic. de *Justificatione, vocis illius* significatio famosior est forensis, ita ut *iustificare* idem sit ac aliquem iustum declarare, a poena & culpa absoluere. Sic vocis *gratiae* in eodem Articulo significatio famosior est, qua sumitur pro misericordia & favore Dei.
  - Nota.* Cum Hebrei Verba composita non habeant, itaque ea, quae per composita aliarum linguarum exprimuntur, praesupponunt sensum simplicem. e. g. Verbum יְהוָה notat quidem communiter *descendere*, sed radicalis & simplex significatio est *scandere, tendere ad locum.* Hinc Iud. XI, 37. nihil absurdum dixit Filia Iephthæ, quando dixit: וַיֹּרֶא אֱלֹהִים עַל הַנְּרֵי וַיֹּרֶא אֱלֹהִים עַל הַנְּרֵי סָכָן (non descendam) *super montes.*
  - VI. Emphasis tanta cuivis voci tribui debet, quanta potest, ne sine ratione Scripturae vis imminuatur. Quia enim singula verba Spiritus Sancti sunt, itaque nullum in Scriptura verbum otiosum est. Interim cum multis hodie non ex quolibet quodlibet finendum & faciendum est.
  - VII. Formatio vocis non negligenda, sed solcite instituenda est, cum diligens eius obseruatio saepe multum faciat ad locorum difficiliorum decisionem.
  - VIII. Phrases & idiotismi Linguae Sacrae, nec non constructio vocum & verborum, cum cura obseruentur, nisi quis saepe a genuino sensu aberrare velit. De quibus Regulae speciales vid. ap. B. Glass. Phil. S. Part. II. B. Wasnuth. in Idiotisin. Syntact. Hebraismo subiunctis, & ratione Noui Testamenti, ap. Ioh. Vorstium de Hebraismis N. T.
  - IX. Tandem & Accentuatio, tanquam unicum Scripturae V. T. innatum principium Hermeneuticum, nequaquam negligenda. Hac enim insuper habita, facile fallacia compositionis & divisionis committi, & sic falsus sensus pro vero accipi potest, cuius exempla prope infinita ap. Interpp. Accentuationis ignaros, in primis in Ar. Montani versione, obseruare licet. Caeterum quo modo neglectus vel mutatio eorum sensum Scripturae variet, vide praeter alios, Ioh. Wimesum Synag. Christ. L. 3. c. 6. p. 308.

TABVLA

T A B V L A V I I .  
DE MEDIIS ET REGVLIS HERMENEVTICIS EX  
RHETORICA PETITIS.

- In Tabula hac obseruanda sunt Regulae Hermeneuticae communiores ex RHETORICA petitis.
- I. Sensus in Scripturam non inferendus, sed ex eadem efferendus est, iuxta Hilar. l. i. de Trin. Optimus Scripturae Lector est, qui dictorum intelligentiam expectat potius ex dictis, quam importet, & retulerit magis, quam attulerit, neque hoc cogit videri dictis contineri, quod ante lectioinem praesumferit intelligendum.
  - II. Sensus literalis solicite eruendus & maxime in pretio habendus est. Bene hic Bell. l. i. de Eucharist. c. 12. contra Reformatos scribit: *Sensus proprius & literalis semper est eligendus, nisi evidenter probetur contrarium. Nec debent a nobis petere aduersarii, (Caluiniani) cur sequamur proprium sensum verborum: Simile enim id esset, ac si quis peteret ab iis, qui sunt in itinere, cur sequantur viam communem & tritam: nemo enim sanus id querit: vel cur ingrediamur per portam, non per fenestram.*
  - III. Sensem literalem quilibet Scripturae locus admittit. Licet enim detur al. sensus mysticus in aliquo dicto: nihilominus tamen fulcrum quasi & basis eius est sensus literalis. Conf. supr. Tab. III. num. III.
  - IV. Vnus tantum est cuiusque tum vocis, (in vna oratione simplici positae,) tum contextus Biblici, literalis sensus: quia al. tota Scriptura esset obscura & ambigua, contra Pl. XIX, 8. 9. 2. Pet. I, 19. &c.
- Not. Dico: in una oratione simplici positae. Nam in oratione, vel formaliter, vel virtualiter, composita, vna vox, sed pro duabus posita, bene duplē habere potest sensum. e. g. Ioe. II, 13. Scindite cor vestrum & non vestimenta vestra. Sic in quibusdam locis Keri & Cthibh. e. g. Iob. XIII, 15. & Ies. IX, 3.*
- V. Sensus literalis praecipue argumentatiuus est, non tamen penitus excluso mystico, si sc. is ab ipso Spiritu Sancto sit monstratus & explicatus. e. g. de Sara & Hagar, notwithstanding duo testamenta, in Epist. ad Gal. IV, 21, seqq.
  - VI. Sensus literalis proprius nunquam est deferendus, nisi vel in analogiam fidei, vel charitatis praecepta & bonos mores palam & vere impingat. Al. iuxta Aug. lib. 3. de C. D. c. 10: *Quicquid in sermone diuino, neque ad morum honestatem, neque ad fidei veritatem proprie referri potest, figuratum esse cognoscere.*
  - VII. In primis, vbi Articulus fidei ex professo traditur, ibi vrgendus est sensus literalis proprius, siue τὸ πρῶτον: quia omnis Articulus fidei alicubi in Scriptura ex professo propriis & perspicuis verbis est propositus, vbi propria eius quasi sedes & domicilium est.
  - VIII. Verba, quae continent primam noui cultus vel foederis institutionem, sensu literali proprio, sine tropo, sunt accipienda. e. g. *Circumcisiois & Agni paschalis institutio*, non obstante, quod videantur aliter explicanda esse.
  - IX. Sensus figuratus, eiusque declaratio & demonstratio, debet esse tum eidens, tum sufficiens, adeoque ex omnibus & veris locis parallelis deduci debet.
  - X. Scriptura Sacra peculiaribus & emphaticis gaudet metaphoris. e. g. Num. XVIII, 19, *Pactum salis*, i. e. incorruptum. *Cornu* saepe notat robur & potentiam, Deuter. XXXIII, 17. Ps. LXXV, 5. 6. quia animalium robur plerumque in cornibus est.
  - XI. Frequens est in Scriptura synedoche partis pro toto. Sic *anima* pro toto homine, Gen. XLVI, 27. itemque *caro*, Ioh. I, 14.
  - XII. Sarcasmus Deo non nisi in impios conuenit, iuxta Prou. I, 26. E. Gen. III, 22, Sarcasmus non est, quippe qui a φίλοις γενεσίς Dei alienus est.

io TAB.VII. DE MEDIIS ET REGVLIS HERMENEVT. EX RHETOR. PETITIS.

- In Tabula hac porro considerandae sunt Regulae Hermeneuticae communiores ex RHETORICA petitiae.
- XIII. Gaudet Scriptura elegantibus paranomasis. e. g. Ies. V, 7, Expectauit רָשַׁׁמְנִים iudicium: & ecce רָשַׁׁמְנִים ruina, צְרָקָה iustitiam, & ecce צְרָקָה clamor. In specie solet allusio fieri ad Nomina propria. e. g. Gen. IX, 27, לְבָתָר אֱלֹהִים dilatet Deus Iapheto, sc. locum. Matth. VI, 18, Tu es πύργος, & super hac πύργα aedificabo Ecclesiam meam.
- XIV. Non insolens est in Scriptura κοντωνία. 1. Thess. IV, 17. Hinc male Grotius infert, Apostolos finem mundi quasi de proximo expectasse, contra 2. Thesal. II, 2. 3. 2. Pet. I, 15. cap. III, 9.
- XV. Sensus Myстicus non est fingendus, vbi nullus est. Nam quae literaliter manifesta sunt, ea sine ratione & fundamento ad mysteria transferre velle, absurdia ac puerilis interpretandi ratio est. Vnde cum primis Origenes ac monachi D. nostro Lutheru subinde vapulant. v. Tom. III. Altenb. p. 252. & 530. & Tom. VI. p. 799.
- XVI. Interdum Scriptura per corporalia docet spiritualia, & per visibilia demonstrat inuisibilia, iuxta Hilar. I. 6. de Trinit. Impossibile enim est humanae menti ad spiritualium intelligentiam concordare, nisi mortalium rerum similitudinibus formisque ducatur. Ita Deo membra corporis tribuuntur, e. g. oculi, ad indicandam eius omniscientiam & prouidentiam: manus & brachia, ad significandam eius potentiam, &c.
- XVII. Prophetarum mos est, res cultumque N. T. describere phrasibus sui temporis, siue per cultum & ritus V. T. Ita Ioh. II, 28, οὐδεπούρα Spiritus Sancti, in N. T. piis & fidelibus conferenda, exprimuntur vocibus V. T. visiones propheticas, somnia, vaticinia &c. significantibus. Sic Zach. VI, 13, loquitur de Christo & Ecclesia, tanquam de facerdote summo & templo V. T. Vbi tamen explicatio seu applicatio fieri debet sec. analogiam N. T.
- XVIII. In explicatione Typorum V. T. accurate dispiciendum, an umbra, an ipsa veritas proponatur, h. e. an sub involucris typorum, an vero expressis oraculis Prophetae de Christo vaticinentur. e. g. Mich. V, 2, vbi Propheta non de aliquo Duce, qui Christi typus fuerit, vt Caluinus vult, sed statim & immediate de Christo ipso vaticinatur.
- XIX. Saepe tamen Prophetae a Typo ad Antitypum, imo desubito ad Christum ipsum se conuertunt. e. g. 2. Sam. VII, 12, vbi quae de Salomonе dicuntur, potissimum tamen de Christo intelligenda sunt.
- XX. Plus saepe est in Typo, quam in Antitypo. Vnde ultra intentionem Spiritus Sancti Typus non extendendus est, sed sufficit, in membris principalioribus comparationem inter Typum & Antitypum instituere: nim. Persona aliqua, in aliquo typum Christi gerens, non statim in altero etiam typus est. e. g. Sacerdos magnus typus Christi est, at non in eo, quod pro suis peccatis offertret, quippe quod in Christum non quadrat, Hebr. V, 3. atque ita plus in typo est, quam in antitypo. Sic Ionas & Melchisedec.
- XXI. Plus saepe est in antitypo, quam in typo figuratum est: nam unusquis in V. T. typus totam Christi vitam & res gestas exprimere non potuit. Sic Moses & Iosua typi Christi sunt, ratione redēptionis seu liberationis praesitiae: attamen, ratione modi, plus est in antitypo: nam illorum redēptio simplex est: Christi vero, intercedente simul λύτρῳ, facta.
- XXII. Quando unius rei multi sunt typi partiales, tunc de antitypo non ex uno, sed ex omnibus coniunctim suntis, faciendum est iudicium.
- XXIII. In Typis & Antitypis interdum appellationum fit permutatio: attamen Typus ideo cum Antitypo non est confundendus. Sic Christus dicitur David, seruus Dei, Ezech.

TAB. VII. DE MEDIIS ET REGVLIS HERMENEVT. EX RHETOR. PETITIS. n

Hic potro considerande sunt Regg. Hermen. ex RHETORICA petita.

Ezech. XXXIV, 24, quia is in multis fuit typus Christi. Sic Ioh. I, 29, dicitur *Agnus*, quia hic illius fuit typus in mactatione. Et Baptisimus dicitur *Circumcisio*, quae fine manibus fit, Col. II, 11, quia haec illius fuit typus.

XXIV. Impii, in quo impii fuerunt, Christi figura & typus nunquam constituendi sunt. Hinc male Patres nonnulli *adulterium Davidis* ad Christum accomodant, licet David alias Christi typus fuerit, ut videre est ap. Azorium, in *Institut. moralibus*, lib. 8. c. 2. & Cornel. a Lapide, in praefat. Pentateuchi, Can XL.

XXV. Vna res typus & figura esse potest quandoque duorum, etiam contrariorum, sed alio atque alio respectu. e. g. Christus est *petra* & *lapis angularis* fidelibus, sed incredulis est lapis offendionis. Ita *Diluvium*, quo enatauit Noah cum suis per arcum fidelibus, typus fuit baptisini, i. Pet. III, 31, sed quod in eo meriti sunt impii, fuit typus aeterni supplicii improborum.

XXVI. Vna eademque res potest typice ad Christum, & allegorice ad nos, eius membra, applicari. e. g. *Pugna Davidis cum Goliatho* potest dici typus pugnae Christi cum Diabolo, sed & allegorice pugnam spiritus & carnis, quae in nobis est, praefigurasse.

XXVII. In Parabolis, si integre accipiuntur, tria sunt, Radix, Cortex & Medulla seu fructus; nimirum *Radix* est scopus, quo Parabola tendit: *Cortex* est similitudo sensibilis, quae adhibetur: *Medulla*, seu fructus, est sensus mysticus, seu res ipsa, ad quam Parabolae fit accommodatio.

XXVIII. In Parabolarum explicatione & applicatione legitime instituenda, ante ominia attendendus est dicentis scopus, (qui addiscitur vel ex toto corpore parabolae, vel ex dicto aliquo insigni parabolae, vel praemissio, vel subiecto,) itemque ex Analogia fidei. e. g. Parabolae illius de Patrefamilias, mercenarios conducente in suam vineam, Matth. XX, scopus est, quod saepe primi fiant ultimi, & ultimi primi. Ita, quod multi sint vocati, pauci electi, ut patet ex epiphonemate, vers. 16, subiuncto.

XXIX. In Parabolis nec possunt nec debent singula membra urgeri, sed sufficit, principalem eorum scopum tenere: & sic Parabola non extendenda est ultra tertium. e. g. Luc. XII, 39, Christus comparatur *furi*, sc. ob repentinum aduentum, non vero ob furti malitiam. Sic idem comparatur *cadaveri*, non ob foetoris vitium, sed ob aquilarum congregationem.

XXX. Theologia Parabolica non est argumentativa: nisi Parabola ab ipso Spiritu Sancto ad certum quoddam dogma applicetur. e. g. ex *Parabola de homine in latrones incidente & seminortuo ab iis relitto*, non licet argumentari, quod homo post lapsum adhuc aliquales vires habeat semetipsum conuertendi: cum illa parabola non nisi de officio hominis Christiani erga proximum exhibendo agat: quod patet ex epiphonemate Christi, Parabolae subiuncto: *Vade & fac similiter*.

T A B V L A V I I I .

DE MEDIIS ET REGVLIS HERMENEVTICIS EX LOGICA  
ET METAPHYSICA DESVMTIS.

- In Tabula hanc obseruanda sunt Regulae Hermeniticae ex LOGICA & MEI' L'APHYSICA definitae.
- I. In accurata Scripturae interpretatione subinde in auxilium vocanda est cognitio *Logica*, dum illius interpres debet ὁρεῖν, recte scire verbum veritatis, iuxta 2. Tim. II, 15. h. e. coueniente ordine capita doctrinae proponere, Textus Biblicos methodice disponere, nec, quae coniungenda, distrahere, nec, quae seiuengenda sunt, miscere, vt vere B. Gerb. h. I. παραφέγει; nec minus propositiones & argumentationes Scriptorum SS. accurate debet diuidicare; quod absque cognitione huius scientiae fieri nequit, vti prolixe id demonstrant *Philippus Zeisoldus*, in Logica sua Sacra, Tomis II. in 4. it. *Keslerus* in Exam. Log. Photin.
  - II. Sic & *Metaphysica Scientia* opus habet Interpres Scripturae Sacrae, tum ad intelligen-  
dos conceptus vniuersales in Scriptura occurrentes, tum ad res sacras terminis concin-  
nis exprimendas, cuius vsum prolixe ostendit *Calouius* in Metaph. Diu. *Keslerus*, in  
examine Metaphys. Photin. & *Henr. Rixnerus*, pec. tract. de vsu Metaphys.
  - III. Abstractum saepe emphatice in Scriptura ponitur pro concreto: & contra, Con-  
cretum pro abstracto; sed hoc rarius. e. g. Hag. II, 8, *Messias* dicitur *Desiderium gen-  
tium*, i. e. desideratissimus gentibus. Sic Col. I, 16, *Angeli* dicuntur *Dominationes*,  
*Principatus* & *poteſtates*, i. e. dominantes. Contra vero, Dan. IX, 34, *Propheta pro  
prophetia* ponitur, quando legitur: *Septimaniae* 70. *decisae sunt super populum tuum  
ad obſignandum viſionem & prophetam*, i. e. prophetiam.
  - IV. *Signum* vniuerſale communiter quidem sumitur pro *singulis generum*: interdu-  
tamen etiam pro *generibus singulorum*, siue pro *afflery*. Matth. IV, 23, *Sanans omnem  
morbū*, i. e. omnis generis morbos. Act. X, 12, *Linteum, in quo erant omnia quadru-  
pedia terræ*, i. e. omnis generis quadrupedum.
  - V. Subiectum in sententis dubiis saepe per signum vniuerſale affirmans ei praemissum  
indicatur. e. g. Prov. VIII, 15, *Per me reges regnant, & ſpontanei omnes iudices terræ*;  
vbi subiectum sunt iudices terrae, praedicatum vero spontanei. Rom. II, 1, *Inexcu-  
ſabilis est omnis iudicans*.
  - VI. Subiectum saepe in propositionibus dubiis per η Emph. Hebr. vel per Articulum  
Graec. ο, η, τ, notatur. e. g. Pf. XIX, 1, Et opus manuum eius indicat ψκῆ expansum,  
vbi *Expansum* est subiectum. Ioh. I, 1, νης θεος ἦν ὁ λόγος. & Deus erat illud verbum,  
vbi itidem ὁ λόγος subiectum, Deus vero praedicatum est.
  - VII. Talia sunt subiecta, qualia permittuntur esse a suis praedicatis; & vice versa: Talia  
sunt praedicata, qualia permittuntur esse a suis subiectis. e. g. in illo Ioh. I, 1, *Verbum  
caro factum est*, si quaeritur: an verbum περιφεριόν, an ν. υποστητικό intelligatur, patet  
vtique id ex praedicato, non περιφερεῖν sed υποστητικό intelligendum esse. Sic, quando  
Paulus, Rom. VII, 15, de se conqueritur, *quod faciat ea, quae nolit*: si quis scire deside-  
ret, an de se adhuc *irregenito*, an *regenito*, conqueratur Paulus, facile id discet ex eo,  
quod dicit, *in se esse luctam carnis & spiritus*, quae non nisi in regenito est.
  - VIII. Particula negativa non semper absolute, sed comparate, negat. e. g. 1. Sam. VIII, 7.  
*Non te, sed me* spreuerunt, i. e. non tam te, quam me. Hof. VI, 6. & Matth. IX, 13.  
*Misericordiam volo, & non sacrificium*, i. e. non tam sacrificium, quam misericor-  
diam. Huc quoque spectant illae Propositiones, vbi particula *Non* ponitur pro *non  
ſolum*. e. g. Matth. IX, 27, *Qui me fuiſcepit, non fuiſcipiet me* (i. e. non ſolum me,), *ſed*  
& eum, qui miſit me. Sic Ioh. V, 30, *Non quaero voluntatem meam, ſed voluntatem eius,*  
*qui miſit me*, i. e. non ſolum meam, ſed & illius &c.

IX.

TAB. VIII. DE MEDIIS ET REGVL. EX LOGICA ET METAPH. PETITIS. 13

- IX. Negatio, addita praedicato, contrariam Affirmatiuam saepe cum emphasi exprimit. e. g. Hof. XIII, 13, *Ipsé (Ephraim) est filius non sapiens*, i. e. stolidissimus. Matth. II, 6, *Et tu Bethlehem Iudea non minima es in principibus Iudea*, i. e. maxima es.
- X. Verba affirmativa interdum pro contrariis negantibus ponuntur, & contra. e. g. *Odiſſe*, pro, non aequa amare, Gen. XXIX, 31. Mal. I, 2. Luc. XIV, 26. Ioh. XII, 25. Et contra: *Non diligere*, pro odiſſe. e. g. Zach. VIII, 17, *Iuramentum falso ne ametis*, i. e. odio id habeatis.
- XI. Interrogationes affirmantes negant, & negatiuae affirmant vehementissime. e. g. 2. Sain. VII, 5, *An tu mibi aedificares domum?* i. e. nequaquam mihi aedificabis. Marc. XII, 17, *Annon scriptum est, domus mea domus precationum vocabitur?* i. e. omnino scriptum est.
- XII. Indefinite dicta stant pro vniuersaliter dictis, nisi particularitas eorum e contextu aut aliunde certo demonstrari possit. e. g. In loco Matth. IX, 2, *Remissa sunt tibi peccata tua*, intelligimus omnia peccata. Sic Rom. III, 28, *Arbitramur hominem iustificari fide, sine operibus legis*, merito intelligimus omnem hominem iustificandum, non vero hominem iustificatione prima ianuam iustificatnm, vt fingunt Pontificii. Sic per *Opera legis* intelligimus quaevis opera; non vero ea tantum, quae sunt vel solis naturae viribus, vt volunt Pontificii, vel opera imperfecta, vt somniant Sociniani. Plura vid. ap. Zeifold. Logic. S. P. II. Obs. 4.
- XIII. Propositiones Vniuersales, citra manifestam rationem e textu monstratam, non sunt restringendae, adeoque non mutandae sunt in particulares. e. g. Gen. VII, 19, *Omnis montes sub toto coelo aqua diluvii teſti*, male a quibusdam ad montes foliis Palaestinae restringuntur. Sic Pf. XIX, 5, *Omnis terra*, in quam linea vel vox coelorum exivit, male a Socinianis ad solam Iudeam restringitur, ne sc. admittere cogantur notitia Dei naturalem, quam inde nostrates probant.
- XIV. Copulatiua non semper coniungit opposita, sed saepe vel eadem, vel quae de se in uicem affirmari possunt, adeoque saepe epexegetice adhibetur. e. g. Tit. II, 13, *Expectantes beatam illam spem & illustrationem gloriae magni Dei & Seruatoris nostri Iesu Christi*. Et Epist. Iud. vers. 4, *Subierunt quidam, qui solum Herum Deum & Dominum nostrum I. C. negant*. Vbi non sunt diuerſi Magnus Deus & Seruator noster Iesu Christus: nec diuerſi sunt Herus Deus & Dominus noster I. C. vti volunt Sociniani ob particularia interfertam.
- XV. Conditionalis, constans conditione impossibili, aequipollent simplici neganti. e. g. Gen. XIII, 16, *Si quis puluerem terrae numerare potest, numerabit etiam semen tuum*, i. e. nemo numerabit. Ier. XXXIII, 20. 25, *Sic dicit Dominus: si irritum facere poteritis pacatum diei & noctis, ut non amplius sit dies & nox, etiam irritum fieri poterit pacatum meum, quod inii cum Davide seruo meo*, i. e. nequaquam irritum fieri poterit.
- XVI. Conditionales propositiones non sunt fingendae in textu, sed ex eodem probandae. Male itaque Sociniani, Ioh. VIII, 56, *Abraham pater vester exultauit videre diem meum, & vidit, & gauſus fuit*, ita exponendum censem: *Abraham pater vester exultaſet videre diem meum: & si vidiffet, gauſus fuisseſet*.
- XVII. Conditionales propositiones non sunt absolute accipiendae. Cum primis cauto opus est, vbi hypothetica in categoricam transiit. e. g. Rom. II, 13, *Faſtores legis iuftificantur*: inde enim absolute non concludendum: E. Homines ex operibus legis iustificantur. Etenim Propositio illa virtualiter Conditionalis est, nim. haec: *Si homo implet legem, iuftificatur ex operibus*.
- XVIII. Propositiones comparatiuae saepe ponuntur pro absolute negantibus. e. g. Pf. CXVIII, 8, *Bonum est sperare in Iehoua, praeſperare in homine*, i. e. ſperare in homi-

14 TAB. VIII. DE MEDIIS ET REGVL. EX LOGICA ET METAPH. PETITIS.

- In Tab. hac porro obseru. sunt Reg. Hermen. ex Log. & Metaph. petitae.
- nem, non est bonum. Luc. XVIII, 14, *Descendit hic (publicanus) iustificatus in domum suam, p[re]ae illo (Pharisaeo,) i. e. Pharisaeus plane non descendit iustificatus.*
- XIX. Exclusiva excludit tantum Opposita, non vero Concomitantia & subordinata. e. g. quando statuimus: *nos sola fide iustificari:* male Pontificii contra nos concludunt: E. non per Verbum & Sacraenta: sunt enim haec concomitantia & subordinata.
- XX. Praedicationes in Scriptura Sacra, ad vulgares Regulas Logicas non congruentes, non vt absurdæ reiicienda, sed vt inusitatae notandae sunt. e. g. *Filius hominis, vel Mariae, est Filius Dei altissimi.* Luc. I, 32.
- XXI. Argumentationes Scriptorum Sacrorum plerumque sunt Enthymematicæ: unde iudicio opus est, vt argumentatio perfecta debite eruat. e. g. ex illo Matth. XXI, 31, 32, Deus est Deus Abrahami, Isaaci & Iacobi: E. datur resurrectio mortuorum: quia Deus non est Deus mortuorum, sed viuentium. Plenius h. m. *Quorumcunque Deus Deus est, illi viuunt. Sed Abraham, Isaac & Iacob illi sunt, quorum Deus Deus est.* E. v. Zeisold. *Dissert. Logicae Sacrae annexa, de hoc loco, p. 110.*
- XXII. Argumenta Scriptorum Sacrorum sunt solida, licet non in forma Syllogistica concepta.
- XXIII. Saepe Effectus, qui Causæ principalis est, tribuitur Causis minus principalibus, sive instrumentalibus, sive ministerialibus. e. g. Luc. XVI, 9, *Pauperes dicuntur recipere suos benefactores in aeterna tabernacula.* I. Tim. IV, 16, *Tepsum saluabis & quiete audient.* I. Cor. VII, 16, *Quiscis, mulier, an saluabis virum? &c.*
- XXIV. Effectus saepe tribuitur rei, a cuius actione non directe producitur, sed ex ea eventualiter consequitur. e. g. Matth. X, 34, *Non veni mittere pacem, sed gladium,* v. 35, *veni separare hominem aduersus patrem suum, &c.*
- XXV. Saepe idem effectus & Deo & Diabolo tribuitur, sed non eodem modo, nimurum Deo permisssive, sed Diabolo effectiue. e. g. Iobus ait, Cap. I, 21, *Dominum sua sibi abstulisse;* quod tamen alibi Diabolo adscribitur. Sic 2. Sam. XXIV, 1, Ira Domini dicitur cominouisse Dauideum, vt numeraret populum: quod tamen I. Par. XXII, 1, *Satanæ iterum tribuitur.* Conf. I. Reg. c. XXII, 23, vbi falorum Prophetarum missio iterum & Deo & Diabolo tribuitur.

TABVL

T A B V L A I X.  
DE MEDIIS ET REGVLIS HERMENEVTICIS EX  
RELIQVIS DISCIPLINIS PETITIS.

- I. Ad accuratiorem Scripturae explicationem non parum facit notitia rerum Philosophicarum: in primis vero rerum Physicarum, ceu quarum frequentissima in Scriptura fit mentio, e.g. in toto Cap. I. Gen. & Pf. CIV. & CXLVIII. Atque hic conferri possunt *Franc. Vallesii* Philosophia Sacra, siue de iis, quae physice scripta sunt in libris sacris. *Lamberti Danaci* Physica Christiana. *Bocharti* Hierozoicon. *Franzii* de animalibus sacris. *Vrsini* Arboretum Biblicum. *Francisci Ruei*, Medici, tract. de Gemmis Scripturae, Anno 1547. editus.
- II. De rebus Physicis Scriptores Sacri, non ex errore, vel falsa persuasione vulgi, sed secundum rei veritatem loquuntur.
- Not.* Aliud vero est, Scriptores Sacros de rebus diuinis loqui *ad captum vulgi*, e.g. *de Deo*, quando ipsi membra corporis tribuunt; aliud, illos de rebus naturalibus loqui *ex errore vulgi*: Istud facere Scriptores Sacros concedimus, hoc vero non item.
- III. Hyperphysica caute a physicis in Scriptura Sacra distinguenda sunt, e.g. *Generatio filii Dei* est vera generatio, sed supernaturalis: sic *manducatio sacramentalis* itidem vera, sed supernaturalis est. Vnde tales termini non euacandi sunt formaliter significati, sed purificandi.
- IV. Non negligenda est cognitio Philosophiae Practicae. Huc faciunt *Danaci* Ethica & Politica Christiana. it. *Menochii* Hiero Politica, five *Institutiones Politicae* ex Scriptura Sacra de prompta, eiusdemque libri de Republ. Hebr. it. *Cunaei* & *Caroli Sigonii* de Republ. Hebraeorum.
- V. Moralia, quae in Scriptura occurunt, ex Philosophia morali illustranda, non probanda sunt.
- VI. Ad intimius intelligendam Scripturam, multum etiam confert notitia disciplinarum Mathematicarum, ut interpres iudicium ferre possit, e.g. *Gen. V. & XI. de Computationibus Arithmeticis*; in *Iobo* & alibi, *de Astris*; it. *de terrae quiete & coeli motu*; (de quo *Abdias Treu*, in *Examine Hypersophiae Antibiblica*:) nec non *de Arca Noe*: *de structura templi Salomonaci & Ezechieli*, &c. & sic veritatem coelestem contra Atheos & Iudeeos defendere queat. Harum usum luculenter monstrauit *Dn. D. Reyherus* in sua *Matheesi Mosaica*. In specie, necessaria est cognitio *Geographiae*, ad illustrandas circumstantias locorum: vbi legi poterunt *Buntingii* Itinerarium Biblicum, *Adrichomii* Theatrum terrae sanctae, *Bocharti* Geographia Sacra, nec non, ex *Talmude*, *Lightfoot in Not. Chorographicis*: itemque *Chronologiae*, ad illustrandas circumstantias temporum, vbi *Io. Wickmanni* Chronologia Sacra, itemque *B. Wasmuthi* Opus Chronologicum insignem praestabunt usum.
- VII. Similiter, in genere, Historiae ac rituum notitia Scripturae interpreti quam maxime necessaria est. Nam sine historiae, cum sacrae, tum profanae, cognitione ignorabit interpres Scripturae Sacrae vaticiniorum complementa, it. Regum & regnorum Synchronismos. Sine rituum vero notitia, saepe a mente Spiritus Sancti aberrabit, e.g. *Ezech. XXI, 26*, vbi *Rex Babyloniae in biuio stetisse dicitur ad diuinandum diminutio nem.* add. Loca varia Pauli, in quibus ad ritus Graecorum allusit, e.g. *2. Tim. IV, 7*. Hic vero commendandi sunt omnes Scriptores sacrorum rituum, imprimis Hebraeorum, (quorum praecipuus est *Maimonides*,) quin & Latinorum & Graecorum, ceu ad quos

In Tabula hac obseruanda sunt Regulae Hermeneuticae ex reliquis Scientiis & Disciplinis petitae.

16 TAB. IX. DE MEDIIS HERMENEVT. EX RELIQVIS DISCIPLINIS PETITIS.

In Tabula hac observanda sunt Regulae Hermeneuticae ex reliquis Scientiis & Disciplinis petitae.

- quos saepe etiam Scriptores Sacri respexerunt: vbi in primis laudandae essent *Dieteric* Antiquitates Biblicae, nisi in iis maior apparatus rituum, qui ap. exteros populos, quam ap. populum Dei viguere, inueniretur.
- VIII. In specie: in *HISTORICIS* idem nomen interdum pluribus locis aut personis trahitur: vnde saepe non leuis difficultas oritur. e. g. *Bethlehem*, vrbs in tribu Iuda, quae & *Ephrata* dicitur, & *Bethlehem* in tribu Zabulon. *Pharaos* nomen erat, omnibus Regibus *Egypti* commune, teste Hieronymo l. IX. in *Ezech. August.* l. 16. de C. D. c. 43. Sic *Nathan*, filius Dauidis, & *Nathan*, Prophetae, quos multi cum Lyrano imperite confundunt. Ita Nomina *Herodes*, *Zacharias*, *Maria*, *Ioseph*, *Iesus*, pluribus communia sunt.
- IX. Contra: Saepe unus homo aut locus plura nomina habet. Sic *Reguel*, sacer Moysis, Exod. II, 18, dicitur, & *Iethro*, Exod. III, 1. *Gideon* dicitur & *Ierub Baal*, Iud. VI, 32. *Salomo* vocatus est *Iedidiah* a Nathane, 2. Sam. XII, 24. & a matre *Lemuel*, Prou. XXXI, 1. *Azarias* Rex, 2. Reg. XV, 1, dicitur & *Ozias*, 2 Chron. XXVI, 1. *Petrus* dicitur *Simon*, Ioh. XX, 15, & *Cephas*, Ioh. I, 42. *Marcus* dicitur & *Iohannes*, Actor. XII, 25.
- X. In *Historicis*, Nomina Propria mutationibus sunt obnoxia, citra corruptionis Scripturae indicium. e. g. בָּנָה Par. II, 9, dicitur אֶלְעָזָר Matth. I, 3. Sic Rex בָּנָה 2. Reg. XX, 12, vocatur מִירָאָב Ies. XXXIX, 1. יְהֹוָה Ies. VII, 1, dicitur צָרָב 1. Par. XXVII. 2. Reg. I, 2, dicitur per contemptum בְּאַלְפָבָל, Luc. XI, 15.
- XI. In *Historicis* datur interdum ὑπεροχὴ πρωτεῖον, h. e. posterius interdum narratur prius, & contra. e. g. Ies. II, 15, narratur δεμισσός exploratorum per funem, & postea deinde vers. 17, colloquium eorum cum Rabab. Sic Matth. IV, 5, praemittitur Tentatio Christi super pinnaculo templi, tentationi eiusdem in monte: quae tamen, Luc. IV, 9, eidem postponitur.
- XII. In *Historicis* ex Scriptura non licet argumentari negative. Ratio, quia & aliis *Historiographis* sua constare debet autoritas. Sic multa ab aliis *Historicis* narrata non recensentur in Scriptura, quae tamen neganda non sunt. At in fidei Articulis hic modus argumentandi procedit: Hoc non est scriptum: E. non est credendum. e. g. *Purgatorium*.
- XIII. *Iurisprudentia* quoque in materiis forensibus in subsidium vocanda est. Nec enim parum utilitatis interpreti confert collatio Legum Mosaicarum forensium cum legibus ciuilibus, de quibus *Guilb. Zepperus*, de Legibus Mosaicis forensibus. *Caluinus*, *Iuris olim in Heidelb. Prof. in Themide Ebraeo-Romana, &c.* Sic in explicandis terminis forensibus, e. g. *Depositii*, 1. Tim. VI, 20, & 2. Tim. I, 14, *Adoptionis* Ioh. I, 13, Rom. VIII, 14, *Testamenti* Gal. III, 15, *Iustificationis*, quae tota terminis forensibus describitur, &c. non inutiliter ad *Iurisprudentiam* recurrentum.
- XIV. Sic & *Medicina* in certis passibus est consulenda, e. g. in *similibus*, ex *Medicina* desumis, vt Ies. I, 5. 6: in morbis, quorum in sacris literis mentio fit: de quibus *Barthol.* de morbis Biblicis & Paralyticis N. T. *Valent. Henr. Voglerus*, de rebus naturalibus & medicis Scripturae: item in variis casibus & quaestionibus Medicis, &c. Conf. hic *Barthol. Castelli Lexicon Medic.*

TABVL

T A B V L A X.

DE MEDIIS ET REGVLIS HERMENEVTICIS EX THEOLOGIA PETITIS.

- I. Ad indagandam Scripturae interpretationem fidei analogam, admodum conductus Theologiae Theologicae cognitionis.
- II. Ad vindicandas literas sacras ab heterodoxorum detractionibus, apprime facit Theol. Polemica.
- III. Ardua precatio, assidua meditatio ac frequens tentatio, optimum faciunt Scripturae interpretem. Prius docet Iacobus c. I, 5; Posterior Theophil. in Rom. I, qui scribit: *Frequens diuinarum scripturarum lectio earundem parit intellectum*; & Tertium *Experientia*, iuxta illud: *Dauidem non intelligit, Dauidica qui non sensit.* vid. B. Luth. T. II. Alt. p. 563. a.
- IV. Omnis Scripturae interpretatio referatur ad gloriam Dei, i. Corinth. X, 31, & ad aedificationem proximi, i. Cor. XIV, 16. Hinc de *induratione* Pharaonis sic statuendum, ne vis diuinae bonitatis inferatur. Sic locus, 2. Sam. XII, 11, de incestu Absolonis ita explicandus, ut non euerat iustitiam & sanctitatem Dei, tot locis Scripturae stabilitam.
- V. Omnis Scripturae interpretatio sit fidei analoga, iuxta Rom. XII, 6.
- VI. De unoquoque dogmate e sede propria iudicandum, id quod Christus suo vbiique exemplo docuit. e. g. Matth. XIX, 8. controvensione de diuortio & coniugio, itemque de libello repudii, contra Iudeos, ad Deut. XXIV, 1, prouocantes, dirimit ex prima coniugii institutione, Gen. II, 24.
- VII. Scopus σονπινάτας totius Scripturae Sacrae est Christus, qui praeculmis assidue habendus, iuxta Luc. XXIV, 44, & Ioh. V, 39.
- VIII. In mysteriis fidei captiuanda est ratio sub obsequium fidei.
- IX. Vis dictorum Scripturae non immixienda quidem, sed seruanda & studiose sectanda est; attamen non ultra Spiritus Sancti intentionem extendenda. Conf. supr. Tab. VI. Reg. VI.
- X. Loca Parallela inter se conferenda, adeoque Scriptura per Scripturam, & loca obscuriora per clariora, explicanda. Nam iuxta 2. Pet. I, 20, nulla Scriptura Prophetica *idias ἐπιλύσεως* est, h. e. nostri arbitrii.
- XI. In Collatione Locorum, si quae videntur sibi esse contradictiones, commoda adhibenda est conciliatio, quandoquidem Spiritus Sanctus est Spiritus veritatis, atque ita nullis contradictionibus vere talibus obnoxius est. Ad conciliandas a. Ἐπαντιφανείας, seu Contradictiones apparentes tales, seqq. teneantur observationes.
- a) In genere:
- 1) Probe videndum, an de eodem, sec. idem, & eodem modo, agatur: *Haec enim sunt requisiuta verae contradictionis.* Sic idem saepe tribuitur Deo, Satanae & hominibus, sed diverso modo. vid. Tab. IX. Reg. XXV.
  - 2) Locutiones κατὰ μήνας ne accipiuntur κατ’ ἀληθείαν. e. g. Verba Prophetiae Michae ad Achabum, I. Reg. XXII, 15.
  - 3) Relative dicta non accipiuntur assertive. e. g. Moses refert de obstetricibus Aegyptiacis, quod dixerint: *Mulieres Israelitas esse Aegyptiis diores.* Sic Scriptor Sacer multa refert ab Amicis Iobi prolatas, quae tamen non approbat & afferit.
  - 4) Res interdum φαινομένα & κατὰ δόξαν in Scriptura descriptae non sumuntur κατὰ τὸ ἔναν. e. g. Gen. III, 1, seqq. Diabolus dicitur *Serpens*. i. Sam. XXVIII, 11, *Spectram Endoreum* dicitur *Samuel*. Sic Eccl. III, 17, *Mors hominum esse dicitur sicut pecudum*.
  - 5) Res saepe in Scriptura fieri dicuntur, cum factae declarantur. e. g. Gen. III, 7, *Oculi primorum parentum dicuntur aperti*, non quasi antea coeci fuerint. Ioh. II, 11, *Discipuli Christi dicuntur coepisse in eum credere*, cum iam ante id fecerint.
  - 6) Exempla regulis non opponenda, sed ad eas exigenda. Sie *Zelus Eliae*, 2. Reg. I, 10, 12, non mansuetudini Christi opponendus, Luc. IX, 54.
  - 7) Sancti Dei homines in actionibus & locutionibus suis non semper, ut publici Dei ministri & Γεόντευσοι, sed interdum ut priuati, considerandi sunt. Sic *Petrus*, ut priuatus, Gal. II, 11. seqq. habendus.
  - 8) Facta & dicta sanctorum, ut & dicta tempore temptationis, non propomuntur ad imitationem, sed ad cautionem. e. g. *Dauidis adulterium & Iobi dicta ex impatientia*.
  - 9) Sic Imprecationes sanctorum non sunt imitabiles, sed propheticæ praedictiones. Exempla multa habentur in Psalmis, e. g. Pf. CIX tot.

18 TAB. X. DE MEDIIS ET REGVLIS HERMENEVT. EX THEOL. PETITIS.

In Tabula hac porro obseruanda sunt Regulae Hermeneuticae ex Theologia petite.

- { a) In specie, circa dogmatica :
    - 1) Dicta legalia ne opponantur Euangelicis, & contra.
    - 2) Promissiones intelligentur sub exceptione inobedientiae & crucis: Comminationes vero sub exceptione poenitentiae, e. g. Ier. XVIII, 7. 9. Sic Deut. XI, 23. 24. 25. adeoque, quando promissiones non implentur, culpa est penes homines.
    - 3) Promissiones implentur vel in individuis, vel in eorum posteris. Sic *Terra S. promissio, Abramam facta, eius demum posteris praesita fuit.*
  - { b) Circa Historica :
    - 1) Unus homo aut locus plura interdum Nomina habet. vid. Tab. IX. Reg. IX.
    - 2) Quaedam *ναρθέον περάτεον*, sive ab uno, sive a diuersis scriptoribus, narrantur. Conf. supr. Tab. IX. Reg. XI.
  - { c) In Chronologicis & Topologicis :
    - 1) Distingue Tempora, & concordabit Scriptura.
    - 2) Interdum numerus certus ponitur pro incerto. Sic Num. XIV, 33, praedicitur, filios Israel vagaturos in deserto per 40 annos; sed iuxta calculum tantum 38 prodeunt anni.
    - 3) Interdum tempus inchoatum vel incompletum pro completo ponitur. e. g. David dicit regnasse *quadragesima annis*, I. Reg. II, II. at ex 2. Sam. II, II, patet addendos esse sex menses.
    - 4) Scriptores Sacri appellare solent Loca nominibus, suo tempore visitatis. Sic Moses dicit Gen. IX, 18, quod Abraham profectus fit versus *Bethel*, qui tamen locus tum vocabatur *Lus*, & a Iacobo demum *Bethel* nominatus est. Gen. XXVIII, 19.
  - { d) In scriptis Propheticis :
    - 1) Res certo futurae saepe ut factae proponuntur. e. g. Ies. IX, II, *Puer natus est nobis.*
    - 2) Scriptura verbis huius mundi enunciat res spirituales & futuri seculi. e. g. Ies. XXV, 6. *Tempus N. T. per coniuinum pinguum describitur.* Conf. supr. Tab. VII. Reg. XVI.
    - 3) In Scriptis Propheticis & Hagiographis frequens est personarum mutatio: e. g. in libro Iobi, Cantico Cantic. vbi Dialogismus inter Christum & Ecclesiam.
  - { e) In Scriptis Apostolicis :
    - 1) Allegationes fiunt saepe ex V. T. non sec. literam, sed sec. sensum, quin interdum sec. allusionem tantum. e. g. Matth. XXI, 5, *Dicite filiae Zizou &c.* ex Zach. IX, 9. Sic verbis Matth. II, vlt. *Nazarenus vocabitur*, videtur alludi ad Typum Simsonis, Iud. XIII, 7. it. ad Ies. XI, I. & cap. LX, II. Sic verba Deut. XXX, II. 12. a Paulo non tam citantur, quam ad ea alluditur, Rom. X, 6. v. *Kesler*, dissert. de allegat. dictorum V. T. in N. T.
    - 2) Ap. Euangelistas & Apostolos duo interdum testimonia V. T. coalescent in unum. Sic Luc. XIX, 46, legitur: *Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus, vos autem fecistis speluncam latronum*, vbi priora verba extant Ies. LXV, 17, posteriora v. Ier. VII, II. Sic I. Cor. XV, 55, dicta ex Ies. & Hos. sic copulantur in unum. Ita illud I. Pet. II, 8, ex Ps. CXVIII. & Ies. XXVIII, 16, conflatum.
- XII. Versiones & Orientales & Occidentales, Paraphrases item & Interpretationes, in primis Patrum labores, non spernendi, iuxta I. Theff. V, 20, *Prophetias nolite spernere.* Interim non statim, ut infallibilis, suscipiendi sunt. Etenim B. Patres, a linguarum originalium peritia non sat instructi, saepe verum sensum affequi non potuerunt. vid. B. Luth. T. II. Alt. p. 809.
- XIII. In Commentariis confundendis adhibeatur delectus. Ex Hebreis: *Aben Eesa, Kimchi, Saal ben Melech*, ob sensum literalem: *Abarbenel*, ob varia realia & controversias cum Christianis: Ex Christianis v. Lutherani potius, quam alterius sectae, si haberi possint, felicitantur, & ex his *Luc. Osiander, Autores notarum in Bibl. Vinar. Balduinus, Gerhardus, Tarnouius, Geirus, Seb. Schmidius, alii.*
- XIV. Plane nouae explicationes Scripturae semper suspectae sunt, donec firmissime & clarissime ex Scriptura ipsa probentur. *Probabile enim non est, unum interpretem plus vidisse, quam omnes.*
- XV. Tandem inuestigato vero Scripturae sensu, quem voces & phrases exhibent, interpres textum rite disponat, eundem legitimate declarat, masculine ab aduersariorum strophis vindicet, atque debito modo ad doctrinam fidei & morum applicet.


Et tantum hac vice. DEO SIT LAVS, HONOR ET GLORIA, in sempiterna secula.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn873981871/phys\\_0029](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873981871/phys_0029)

DFG















Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn873981871/phys\\_0036](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873981871/phys_0036)

DFG



que locus *i. Cor. XI, 5.* quo Paulus de Viris  
sque in Ecclesia prophetantibus loquitur. vide  
Celeberr. JOH. LIGHTFOOTVM in Ho-  
aic. *Talmudicis ad hunc locum, p.m. 211. sqq. & ad*  
*V. 2. p. 239. sqq.* Nulli præterea negamus, fami-  
n cum Deo intimam jure meritoque inter pri-  
ræcipua referri debere & posse, quibus alio-  
phetae hominum longissime transeunt condi-

Illustre hujus amicitiaæ ex Sacra Scriptura,  
Abrahamum, videre potes in Mose, cui tan-  
tid Judæi adscribunt gradum prophetiae, ut  
BECHAI *Comment. in legem fol. 3. col. 1.* אַרְןָ כָּלֵן  
 omnium Prophetarum Dominum vo-  
conf. ABARBANEL *Commentario in Devte-  
sfcha fol. m. 3. ad locum שְׁלָחָן וְזֹאת הַבִּיכְתָּה* his verbis, ubi  
הַרְמָבֵן כתב *שְׁלָא* insuper de Bileamo adfert:

כָּהֲ חַהְרוֹת בְּפֶסְקָן זֶה לְסֶפֶר מַעֲלָה  
שְׁלָא מִשְׁרָח עַל כֵּל שָׁאָר הַנְּכִיאִים כִּי כָּה  
זֶה כְּבָב" מִקְמוֹת חָא' בְּפֶסְקָן וְאָרָא אֶל אֶל  
וְגַטְרָר' וְהַב' בְּפֶסְקָן אַם וְהַיְהָ נְכִיאָס' י'  
בָּא לְכָאָר שְׁהָוֹת נְכֹואָת מִשְׁהָ כְּמֻרְכָּר עַם חָבָב  
אֶל פְּנִים שְׁמַכְיָן רְכָרוֹ וְכוֹנוֹתָו בְּאָמְרוֹ וְנְהַכְּרָר  
בְּפִנְיוֹ וְלֹכֶן אָמְרוֹ בְּכָלְעַטְסָ בְּעַת שְׁחוֹרָה מְנַכָּא  
יִשְׂרָאֵל' הַיְהָ כָּן שְׁעַמְרָעָל' רְכָרוֹ הַשְּׁמָם  
וְצָנוֹ וְחַפְצָנוֹ כְּכָל הַעֲרוֹד לְכָא עַל' י'

וּכְאַלְוָה הַיְהָ הַזָּא מְנַכָּא פְּנִים כְּסִינָה

וְאַפְּעַל' פִּי קָרְבָּן חַפְרָשָׁן בְּזָנָה

לְנַכְוֹאָת בְּלַעַט כְּמוֹ שְׁזִקְרוֹן בְּסֶפֶר וְכוֹן' ה

E 2 קְמ